UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Ostentum

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

nimis, tantumque fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. *Idem.*

Omnium iſtarum pulchritudinem contemnes, ſi expoliaueris. Equum empturus, ſolui iubes ſtratum: detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: ornamenta ipſa ementibus ſuſpecta ſunt: ſiue crus, ſiue brachium aſpiceres alligatum, nudari iuberes & ipſum corpus oſtendi. Mulierem inuolutam æſtimas: ſi vis illam æſtimare, totamque ſcire, qualis ſit, faſciam ſolue multum mali ſub illa latet. *Sen.*81.

Adoleſcens, ſi fœmineis ornamentis te ornaueris, iniuriam facere cogitas. *lib. de moribus.*

❡ Apophthegmata.

Crates dicebat, ornamentum eſſe id, quod ornat. Ornat autem, quod honeſtiorem mulierem facit: talem vero præſtat non aurum, non ſmaragdus, non coccus, ſed quæcunque grauitatis, moderationis & pudoris ſpecimen adhibent. *Stobæus ſermone* 32.

Hyperides, Domi, inquit, coram viro liceat vxori ornare ſe vt lubet: ornamenta autem, quæ ſumit, egreſſura domum, non ad maritum, ſed ad alios ſpectant. *Stob. eod. ſerm.*

Democritus, Sermo parcus mulierem ornat, & ipſius ornamenti parcitas (inquit) ei decora eſt. *ibidem.*

Theophraſtus, Mulier, inquit, nec alios videre, nec ipſa videri debet, præſertim, quæ eleganter ornata fuerit, vtrumque enim ad res inhoneſtas incitamentum eſt. *ibid.*

Diogenes ad quendam iuuenem ſupra modum ſeſe ornantem: ſiquidem, inquit, ob viros, infelix es: ſin ob mulieres, iniurius. *Stob. ſerm.*78.

Vide Superbia. Item, Luxus.

Oſculum.

❡ DEFINITIO. ET ETYMOL.

OSculum, q. d. os contractum, amoris indicium, τὸ φίλημα: Hebr. *Neſchikah*, & plur. *Neſchikoth*, à verbo *Naſchak*. Oſculatus eſt, infixit oſculum.

❡ [B]iblici Loci.

Oſculum ſanctum & pudicum charitatis ſymbolum, *Geneſ.* 29.13.& 45,14.& 48.10.& 49.34. *Exodi* 4.27. *Luc.*15.20. *Actor.*20.*v.*37. *Rom.*16.16 1.*Cor.*16.20.2.*Cor.*13.12. 1.*Theſſal.*5.26. 1.*Petr.*5.14. Oſculo ſalutandi ritus orientalibus familiaris, cuius & Apoſtolus locis citatis meminit.

❡ Apophthegma.

Maximinus Imper. nunquam ad oſcula pedum quenquam admiſit, dicens: Dii prohibeant! vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſcula figat.

❡ Exempla Biblica.

Oſculi ſancti & minime fucati exempla: Abraham, *Geneſ.* 27.27. Iacob, 29.11. Laban, 31.55. Eſau, 33.4. Ioſeph, 45.15.& 50.1. Aaron, *Exodi* 4.27. Iethro, 18.7. Noemi, *Ruth*, 1.9. Ophra, *v.*14. 1.*Sam.*10.1. Dauid, & Ionathas, 20.40. Dauid, 2.*Sam.*14.33.39. Abſalon, 15.5. Eliſæus, 1.*Reg.*19.*v.*20. Darius, 3.*Eſdr.*4.47. Raguel, *Tob.*7.6. Gabelus & iunior Tobias, 9.8 parentes Saræ, 10.12. parentes Tobiæ, 11.11. Aſſuerus, *Eſth.*15.*v.*15. Mulier peccatrix, *Luc.*7.38. pater Acolaſti, 15.20. Fideles, *Actor.*20.37. Oſculum fictum, periculoſum, *Prouerb.*27.6. Oſculum proditioni prætextum, aut oſculum proditorium, *exempla*: Ioab, 2.*Sam.*20.*v.*9.10. Iudas Iſcariothes, *Matth.*26.49. *Marc.*14.45. *Luc.* 22.44.

Vide Amor Venereus, Luxuria.

Oſtentatio.

❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

OStentatio, Græce ἐπίδειξις, ἡ, & ἐπιδεικτικός, ὁ, oſtentator, ἐπιδείκνυμι, oſtento dicitur. Sumitur autem oſtentatio pro iactantia, & inani gloria. Venit autem ab oſtento, quod ſignificat ſæpe, & cum iactantia quadam oſtendo, à quo deſcendit. Oſtendo verò componi videtur ab ore & tendo, quoniam os in id ſolemus extendere, quod volumus demonſtrare. Ab oſtento pariter fit oſtentum.

❡ Apophthegmata.

Ariſtippus, Quendam ſibi vehementer placentem, de ... peritia, non tulit Ariſtippus: Et non te pudet, inquit, tam ... his de rebus iactare, quæ Delphinum ſunt propria? ... dixiſſet, ranarum. Decet hominem gloriari ſuper his, quæ ... minis propria: Nihil autem magis conuenit homini, quam ... pollere. Nullus tam peritus natator eſt, quin à Delphino ... *Laert. l.* 2. *c.* 8.

Antalcidas, Cum Athenienſis quidam Lacedæmonios ... ret indoctos: Soli igitur nos, inquit Antalcidas, nihil mali ... didicimus. Senſit, artes, quibus ſe iactabant Athenienſes ... oſtentationem, otium ac voluptatem eſſe accommodatas ... Rempublicam gubernandam, ad quod nulla diſciplina ... cedæmoniis. *Plut, in Lacon.*

Auguſtus Cæſar, Miles quidam in expeditione ... notabilique in fronte cicatrice deformatus, quoniam ... nere erat inſignis, immodice ſua geſta iactabat. ... nem Auguſtus leniter caſtigauit, inquiens, vide tu ne ... ens poſt te reſpexeris. Subindicans fieri poſſe, vt vulnus ... rioſius oſtentabat, non in prælio, ſed in fuga accepiſſet. ... *Saturnal.*

Ludouicus XII. Galliæ rex, audiens Bearnenſes & ... quoſdam gnauos & imbelles homines, de nobilitate ... verè nobilius gloriari: atqui (ait) decem iſtiuſmodi nobilibus ... cus enſis ſatis ſuperque fuerit. *Annal. Franciæ.*

❡ Similitudines.

Epicteti, Quemadmodum oues non herbam ... ribus quantum comederint, oſtendunt, & cibum ... tes, vellera ſuppeditant, & lactis copiam: Ita vir ſapiens ... per oſtentationem ſpeculationes ſuas ineruditis ... his coctis opera. *In Enchirid.*61.

Plinij, Chamæleon maximum habet pulmonem, & ... intus: Ita quidam præter oſtentationem, & ventoſam ... nihil habent. *lib.*11. *c.*32.

Politiani, Quemadmodum oues in paſcua dimiſſæ ... pud paſtorem ſuum gloriantur veſpere, multo ſe paſtas ... lac ei affatim vellusque præbent: Ita nec quiſquam ... bet, quantum didicerit, ſed quod didicerit, afferre in ... *Lamina.*

Roterodami, Sicuti terra, quæ venas aquarum occultat ... quandam exhalat ante ſolis ortum, longius intuentibus: ... rè boni ſunt & eruditi: etiamſi non oſtentent, tamen ... quid ex ſe produnt, vnde qui obſeruet, deprehendere poſſit ... vim boni. *in Simil.*

Vt oua plena ſidunt, inania fluitant: ita qui veris ... literis eſt præditus, minus oſtentat ſe, quam qui ſecus. ...

Animantia, quibus longa ſunt crura, eiſdem longum ... oportet: ita qui magno ſtrepitu ſtudent viuere, longius ... ceſſe eſt, vnde ſuppetat ſumptus. *in ſimil.*

Vt ſol, quo minus in alto eſt, hoc minores iacit vmbras, quo ... propinquior, hoc maiores puta mane ac veſpere: ita ... ior eſt, & excelſior, hoc minus videri cupit, minusque ... contra qui minus ipſa re valent, magis ſeſe dilatant oſtentatione ... *ſimilibus.*

❡ Fabula.

Canis venaticus, & Moloſſi domeſtici.

Ceperat venaticus canis leporem, eum, quamuis eſuriens ... ſe iactans verbis celeritatem ſuam, detulit domum ad moloſſos ... ſtodes gregis & ædium: illi vero leporem eripuere oſtentatori, ... inter ſe diſcerpſere.

Fabula contra oſtentatores dicitur, nam bona tegere ... deſt. Quamuis enim recte dicatur, nullum eſſe vſum occultæ ... ſicæ: tamen & hoc verum eſt, qui ſapit, in tacito gaudeat ... Et hoc Horatium:

Tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
Plus dapis, & multo rixæ minus inuidiæq;.

Vide Iactantia.

Oſtentum.

❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

OStenta, τέρατα, oſtentum, τέρας, Hebr. *Mepheth*, ab oſtendo ... quod inſignia quædam futura ſuo tempore diuinitus de... gnata demonſtrent indiciis miris velata.

Vocan...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]tentur Oſtenta non tantum errata naturæ, vt ſunt partus in-[illegible] ſed quæcunque nouata ſpecie, & ab vſitatis rerum formis a-[illegible] offeruntur, quæve vniuerſim à communi & conſtituta diui-[illegible]rum progreſſione ac curſu, deuiant: non magnitudinis aut [illegible]rum exceſſu defectuve, nec tempore, ſed toto genere, ſiue in [illegible] ætherea ſede, & elatiore, ſiue in hoc elementari domicilio, [illegible] vel ipſis elementis, vel procreatis inde rebus.

[illegible] oſtentorum genere fuerunt ſignum retroactæ vmbræ ſub re-[illegible]chia, ſtella toti humano generi exorta Chriſto nato, & à ſapi-[illegible] Arabum viſa atque diligenter obſeruata. *Matth.2.*

❡ Apophthegmata.

M. Cato. Quidam mane ſurgens, reperit caligas à ſoricibus arro-[illegible] hoc oſtento turbatus, conſuluit Catonem, quid mali portende-[illegible] Ille vero: Non eſt, inquit, oſtentum, quod ſorices arroſerunt [illegible]: ſed ſi caligæ arroſiſſent ſorices, id demum fuiſſet oſten-[illegible] *Plut.*

[illegible]la carens rebus neceſſariis, quum cogeretur etiam diis dicata [illegible]re, Caphim amicum Delphos miſerat, vt pecunias ac donaria [illegible] perferret. Quibuſdam verò dicentibus, intra templum audi-[illegible] citharæ ſonitum: quod oſtentum interpretabantur, quaſi A-[illegible] citharœdus indignaretur, Caphis audita perſcripſit Syllæ, cui [illegible] reſcripſit Sylla: Quin tu potius interpretaris iſtud eſſe ſignũ [illegible]tis & exultantis Dei potius, quam indignantis? Itaq́ perin-[illegible] Deo hilariter tribuente, tu quoque bono animo pecunias ac-[illegible] *Plut.*

Veſpaſianus. Quum Cæſareum Mauſoleum repente patuiſſet, [illegible] ſtella crinita apparuiſſet, aliis interpretantibus, Cæſaris interi-[illegible] portendi: ille facetè interpretatus eſt prius oſtentum ad Iuliam [illegible] pertinere, quod ea eſſet de gente Auguſti, poſterius ad [illegible]rum, ſiue vt Aurelius Victor tradit, Perſarum regem, qui ca-[illegible] eſſet. *Suet.*

Vide Monſtra, Portenta, Prodigia.

Otium, Otioſitas.

❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Otioſitas, Græce σχολὴ ἀπραγμοσύνη,ης,ἡ, vel ῥαςόνη,ης,ἡ, dici-tur. Eſt autem otioſitas, quum quis quiete neceſſaria ſaluti corporis accepta, vacat ab aliquo opere ſpirituali vel corpo-[illegible] eſt filia Acediæ. Otium eſt vacatio à labore, cuius contrarium [illegible] eſt. Aliquando otium pro literarum ſtudio capitur.

Otium propriè dicitur vacatio à labore, cui negotium opponi-[illegible] Accipitur etiam pro exercitatione leuiore animi, vel corporis, à [illegible] & magis ſeriis negotiis. Inde dictum illud Ciceronis, [illegible] dulcius eſt otio literario. Item ſumitur pro quiete, pace, tran-[illegible]. Hebr. *Schebeth*, ceſſatio, requies, Sabbathum, à verbo [illegible], ceſſauit, quieuit à motu & opere. Vide *Quies*, & *Sabba-thum.*

❡ Biblici Loci.

Otium vitandum, *Prou.*6.*v.*6.9.& 10.*v.*4.& 26.12.11.& 41.4.& [illegible]& 28.19.& 31.& 27.*Eccl.*11.6.*Epheſ.*4.28.1.*Theſſ.*4.11.2.*Theſſ.*3.[illegible] *Tit.*3.14.

❡ Sententiæ Biblicæ.

Multam enim malitiam docuit otioſitas. *Eccl.*33.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ; ſuperbia, ſaturitas [illegible] & abundantia: & otium ipſius, & filiarum eius, & manum e-[illegible] & pauperi non porrigebant, & eleuatæ ſunt, & fecerunt abo-minationes coram me, & abſtuli eas. *Ezech.*16.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſe-[illegible] zizania in medio tritici. *Matth.*13.

Otioſas viduas deuita, quia diſcunt circumire domos: Imò & non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non o-portet. 1.*Tim.*5.

Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſta-[illegible] filius confuſionis. *Prou.*10.

❡ Patrvm Sententiae.

Nullus fructus otii, imo magis diſpendium. Otioſus Eſau amiſit [illegible] benedictionem, quia maluit cibum accipere quam quæ-[illegible]. *Aug. in epiſt. ad Ver.*

Nihil in ſancto propoſito otio deterius eſt, quod non ſolummo-do non acquirit noua, ſed etiam peracta conſumit, ſanctæ vitæ ratio [illegible] proceſſu gaudet, & creſcit: ceſſatione torpeſcit & deficit: quotidia-[illegible] recentibus virtutum incrementis inſtauranda mens eſt, & vi-[illegible] hoc iter non de tranſacto, ſed de reliquo metiendum. *Hieron. ad Demetr.*

Otium parit faſtidium, exercitium famem, fames autem miro modo dulcia reddit, quæ faſtidium facit inſipida. *in epiſt.*

Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate loquentis & audientis dicitur: qualia qui de rebus friuolis dicitur, & fabulas antiquas nar-rat: cæterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis otia diſſoluit, & ali-quid turpitudinis profert, hic non otioſi verbi, ſed criminoſi tene-bitur reus. *in Matth.*1.

Aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum, non enim facile capitur à Diabolo, qui bono vacat exercitio. *in ſermon.*

Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Otioſum quippe verbum eſt, quod aut vtilitate rectitudinis, aut iuſtæ neceſſitatis caret. *Gregor. in homilia* 6.

Nunquam Dei amor otioſus eſt, operatur enim magna, ſi eſt: ſi vero operari renuit, amor non eſt. *ibid.*

Ab otioſis ad noxia verba, à leuioribus ad grauiora venimus. *in paſt.*

Otioſa mater eſt nugarum, & nouerca omnium virtutum. Ipſa enim eſt, quæ virum fortem fortiſſimè præcipitat in reatum, facit ei ſuffocare virtutem, & viam conſtruere ad gehennam. *Bernhard. in ſermon.*

Sapientiam ſcribe in tempore otii: ergo ſapientiæ otia negotia ſunt, & quo otioſior ſapientia, eò exercitior in ſuo genere. *ſuper Cantic.*

Non dormientibus prouenit regnum cœlorum, nec otio & deſi-dia torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur. *Proſper. de vi contempl.*

Mens otioſa nihil aliud cogitare nouit, quam de eſcis, aut quam de ventre. *Leo Papa in ſermon.*

Natura quidem humana, ſicut duris laboribus inſtruitur, ita per otia torpentia fatuatur. *Ioan. Caſſ. lib.*10.

Otium, quod induſtriæ & ſtudio maxime contrarium videtur, præcipuè ſubnecti debet: non quo euaneſcit virtus, ſed quo recrea-tur. *in epiſt.*

❡ Poeticae Sententiae.

Ouid. 1. Pont. 6.

Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus?
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?
Et mihi ſi quis erat dicendi carminis vſus,
Deficit, eſtq́ minor factus inerte ſitu.

Lucan.

Variam ſemper dant otia mentem.

Ouid. 1. Pont. 5. 1.

Otia corpus alunt, animus quoq́ paſcitur illis:
Immodicus contra carpit vtrumque labor.

Baptiſta Mantuan. Parthen. lib. 1.

Calcar erit ſegni pigros rubigine ſenſus
Otia corrodunt ſopitaq́ pectora torpor
Noxius obliquat ferrum ſi tranſit in vſus,
Aſsiduo ſplendore micat, vultuq́ nitenti,
Audet ad argenti Deus aſpirare ſuperbum.
At ſi longa quies ierit, fuſcatur, & atram
Vertitur in ſcabiem, celeriq́ abſumitur æuo.

Pictorius Poeta in Epigram.

Quo te cunque nil ſancti egiſſe videbis,
Hunc tibi vel penitus deperijſſe puta.
Iſta nec in minimis pœnas diſpendia damnis:
Ære poteſt nullo vel breue tempus emi.

Catullus ad Lesbiam.

Otium Catulle tibi moleſtum eſt:
Otio exultas, nimiumq́ geſtis:
Otium & reges ſimul & beatas
Perdidit vrbes.

Ouid. lib. 1. de Remed. amor.

Quam platanus riuis gaudet, quam populus vnda,
Et quam limoſa canna paluſtris humo:
Tam Venus otia amat, &c.
Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter:
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Menander.

Ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά,
Quam multa mortalibus otium facit mala.

Terent. Comœd. 4.

Quid? credebas dormienti tibi confecturos deos?

Ouid. lib. de Remed. amor.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæq́ iacent & ſine luce faces.

Fauſtus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN